



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

24 Feburarij. 6 Cal. Mart.


urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

XXIII FEBRUARI. 145

*Da, ut hoc immensi pretij mysterium, eo a
moris affectu venerer, quo dignum est. In* ^{ss. Vi-}
fine autem exilij mei, amore ab anima & ^{aticum.}
*corpo meo morbos, quibus impediri posse
a digna susceptione celestis pabuli.*

S. BERNARDUS, Tr. de dilig. Deo.

Amans Deum anima, aliud præter ^{Amor}
Deum, sui amoris præmium non ad- ^{DEI.}
mittit. Aut si aliud requirit: illud,
non Deum, diligit.



24 Februarij. 6 Cal. Mart.

B. DESIDERI, Clarævallis Con-
verse: qui in illo summæ pietatis ^{Circa}
gymnasio, sub mellifluo BERNARDI ^{annum}
magisterio, præcipue ab eo amorem
in Deiparentem, velut lac, suxisti: cui
licet quotidie cultum pro viribus fer- ^{In Ma-}
ventissimum exhiberes; acuebant ta- ^{riam}
ment præ alijs devotionem tuam dies, ^{devo-}
eidem solenni ritu festivi. Contigit ^{tus.}
verò aliquando, ut per obedientiam
non intra Ecclesiæ parietes, sed in agro
apud ovium greges, ipso Virginis ad
sidera Assumptæ pervigilio, morari
cogereris. Auditio igitur campanarum
signo, quo Monachi ad psallendum

G con-

146 ANNI CISTERCIENS.

convocabantur, oculis, animoque
in cœlum elevatis: consuetum primò
Devoti-
o in B.
V. sim-
plex,

orationum pensum persolvisti: inde
ne reliquum noctis exercitio pietatis
careret; cùm nihil precum tua tibi sim-
plicitas suggereret aliud, præter saluta-
tionem Angelicam; eandem toties no-
vo semper devotionis conatu repe-
bas, donec aurora illuxerit. Finitis in
Claravalle rebus divinis, cùm sanctil-
simus Abbas BERNARDUS more

solito in Conventu peroraret; disertis
verbis testatus est, te (cujus devotio-
nem in spiritu cognoverat) simplicis-
sima tua pietate plus coram DEO con-
secutum esse meriti, quām omnes reli-

qui, quantumcunque sublimi contem-
platione. Hoc porrò amoris in Virgi-
& in-
gens in
morte
sotatiū.

nem Deiparam affectu obtinuisti, ut
tibi morituro, unā cum dilecto suo
BERNARDO, assistens, viam ad cœ-
los egredienti animæ præiverit. Ora

Mariæ Cœlum Reginam; ut cùm ipsa unica post
patro- Iesum mea spes sit, & arsalutis; terribi-
cinium lem illam mortis horā, per gratiæ sue præ-
in mor- sentiam, reddat mihi facilem, & felicem.

B. ARNOLDE, humilis Converte
Circa Strombergensis cenobij: qui ut benefi-
annum cia à sancto Hero tuo Waltero de Bit-
bach accepta, grato animo pro viribus
1216. compensares; tam in sæculo degen-
sum

summa fide serviebas, quām in mun-
di contemptu, & susceptione habitūs
monastici adhæsisti: magnarum deni-
que ejus virtutum æmulator, nec in
orbe altero ab illo separatus es. Non
postulat à nobis, Liberalissimus Universi Gratia-
Dominus, pro infinita beneficiorum in nos rum 2.
effusorum copia, nisi rem sanè facillimam,
gratiarum actionem: quam insuper remu-
neraturum se præmijs in cælo æternis pro-
mittit. Discam igitur tuo exemplo semper
esse graius tanto benefactori, ac sine inter-
missione cum Psalte dicere: Semper laus
ejus in ore meo.

S. BERNARDIUS, serm. 27. de divers.

Omnino sola nos à profectu conver-
sationis impedit ingratitudo nostra: Ingra-
dum quodammodo amissum reputans titudo.
dator, quod ingratus accepit; cavet
sibi de cætero; ne tanto plus amitte-
ret, quanto plura tribuat ingrato.

(*) (*) (*) (*) (*) (*) (*)

25 Februarij. 5 Cal. Mart.

B. BARTHOLOMÆ Conillæ, in Obiit
Hispania Populetani Monasterij anno
Abbas: qui cùm in aula Regis Hispani- 1458.

G 2

arum